

C. I V L I I

CAESARIS

RERVM AB SE

GESTARVM

COMMEN-

TARII.

*

Quae hoc volumine continentur, & quid huic editioni accesserit, sequens pagella indicabit.

VIRIVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

*edla
M. B. r. r. r. r. r.
Et colleg
tr. l. n. o. p. a.*

e. d. v.

[Handwritten signature]

L V G D V N I,


APVD ANT. GRYPHIVM.

M. D. LXXXVIII.

C. 21. Jb. 114

Quæ in hoc libro continentur.

- Fulij Vrsini ad Fab Farnesium epistola.
Paulli Manutij ad Paullum Rhamnusium epistola.
Galliæ, Hispaniæ, Auarici, Alexiæ, Vxelloduni, Mas
siliæ, ac pontis in Rheno pictura & descriptio,
per Ioannem Iucundum Veronensem.
Excerpta quædam è Vegetio & Petro Victorio de
instrumentis bellicis.
C. I V L. Cæsaris Commentariorum de bello Gal
lico libri v i i.
A. Hirtij, vel Opij, de eodem bello Gall. lib. v i i i.
C. C A E S A R I S de bello ciuili Pom. libri i i i,
A. Hirtij de bello Alex. liber i.
Eiusdem de bello Africano lib. i.
Eiusdem de bello Hispaniensi lib. i.
C. I V L I I Cæsaris Fragmenta.
Raymundi Marliani Galliæ descriptio.
Galliæ vocabula Latina, Gallica, Germanica, ex mu
sæo viri creditissimi.
Galliæ, necnon etiã Germaniæ vocabula, quæ apud
Ptolemæum, Strabonem, Pliniũ, Tacitum, & An
toninum reperiuntur, cum iis quibus nostro sæ
culo indigenæ vtuntur. Ex eodem musæo.
Nomina Regum, & Principum Barbarorum.
Nomina ciuitatum Germaniæ, cum interpretatione
Germanica.
Nomina propria Germanicè sonantia.
Nomina vrbiũ & locorum Hispaniæ, Hispanicis
vocalibus relata.
De Galliæ diuisione Aldi Manutij Commentarius.
Fuluij Vrsini Romano emendationes in Cæsaris
Comment.
Libellus variorum lectionum.
Index rerum & verborum locupletissimus.



IOAN. IVCVNDVS

VERONEN. IVLIANO

MEDICI S. P. D.


* *
*




SI diligentius quis consideret, Iuliane illustrissime, quot is, qui corrupta antiquorum scripta, vt emandata in manus hominum exeant, curat, labores exhauriat, quàm verò nullius vel per exiguæ admodum apud plurimos laudis particeps fiat: admiretur profectò cur sibi quisquam id oneris assumat, quo in perferendo cùm maximè enitendum sit, minimam tamen mercedem consequatur. Quòd enim in alieno elaborat, neque suum aliquid ipse edit, id apud multos eiusmodi est: vt omnè, què pro laboribus mereretur laudis fructù, intercipiat. Qui mihi quidem, si qui sunt, iniqui esse videntur rerum æstimatores. Nihilò enim magis æquum eos sentire existimo, quàm si quis ei, qui derelictum cuiuspiam ac sentibus occupatum agrum, suo labore expurgarit, colueritq; , nullam tamen inde enatarum frugum partem deberi arbitretur. Elaborat certè is in alieno solo: laborum tamen est quoddam iure præmium constitutum. Ac mihi quidem longè videtur secus: atque eum qui munus hoc rectè exequatur, seu rei ipsius difficultatem spectes, seu quam inde literarum studiosi vtilitatè consequantur, consideres, in primis laudandam censeo. Atque (vt verè dicam quod sentio) non multò fortasse minus opus hoc existimo, quàm si tu ex te aliquid componas. Acrioris illud ingenij, exactioris hoc iudicij. Latiore

ibi

ALEXIA.





*mitteret, hortareturque, ne negotio desisteret, ne-
ve animo deficeret, indicatis, deprehensisq; in-
teruentibus, à Cæsare est interfectus. Hac initia
belli Alexandrini fuerunt.*

* A. H I R T I I, vel O P P I I
C O M M E N T. D E B E L L O
A L E X A N D R I N O.

* *
* *

L I B E R I.

H V I V S L I B R I C A P I T A.

I. Alexandrinorum apparatus contra Cæsarem, & huius diligentia in aqua dulci, qua ferè prohibebatur, inucuienda.

II Cæsaris naualia duo prælia secunda cum Alexandrinis.

III Cæsar Pharo per vim potitus, magna clade ab Alexandrinis afficitur.

IV. Rex Ptolemæus, à Cæsare per blanditias dimissus, nauali eum prælio superat: statimq; à Mithridate duce, qui magna Cæsari auxilia addaxit, & postea à Cæsare ipso superatur.

V. Rege nauali prælio interempto, Cæsar, Aegypto & Alexandria potitus, novos reges substituit.

VI. Domitius, Asiæ à Cæsare præfectus, Deiotari impulsu cum Pharnace prælium committit, ab eoque superatur.

VII. Illyricum à Cæsarianis post aliquot prælia, quorū in vno Gabinius petiit, pacatur.

V E T E R V M G A L -

L I A E L O C O R V M, P O P V -
 lorum, Urbium, Montium, ac Fluviorum Al-
 phabetica descriptio, eorum maximè, quæ apud
 Casarem in Commentarijs sunt, & apud Corne-
 lium Tacitum: Auctore Raymundo Marliano
 viro clarissimo, & sui temporis eruditissimo.



AE S A R I A Commētarijs Galliam in
 tres partes diuidens, loca Galliæ pro-
 uinciæ, à Romanis tunc possessæ, Bri-
 tanniæ vltioris, quam Angliam di-
 cimus, Hispaniæ etiam citerioris, ac
 populorum cis Rhodanum, trãsque Rhenum flu-
 mina sitorum annectit, qui omnes lingua, institu-
 tis, legibusque inter se etiam tunc differebant.

Aduatici, Belgarum populi, regni Eburonum
 (nunc Leodiensium) finitimi, ac Neruijs (nunc
 Tornacensibus) proximi, habebant amplum, & in
 altissimis rupibus oppidum. Fortè nũc, vt quibus-
 dam videtur, est oppidum appellatum *Beaumont*,
 vicinum Thuduino, in finibus Hannoniæ. Hos ex
 allusione vocabuli complures credunt esse eos qui
 Douacum, Atrebatensis diœcesis oppidum, non
 longè à Cameraco vrbe distans, incolunt. Hi Adua-
 tici ex Cimbris, Theutonisque prognati erant, qui
 Transrhenani fuerunt. Sed magis coniectura est,
 Aduaticos fuisse eos, qui hodie Gallicam Braban-
 tiam, vbi oppidum Niuella est, partemque Hanno-
 niæ circa Cannelum montem, & Bintiium oppida
 Cameracensis diœcesis, finitimãq; his loca extra
 Francorum regnum inhabitant, vbi locus quidem
 in vici formã redactus est ferè desertus, cuius no-
 men

runt, *latum clauum sumpserunt*. Latus enim clauus tunica senatorum Romæ fuit, quem Galli, brachis depositis, sumpserunt.

FVLVII VRSINI ROMANI EMENDATIONES
in Caij Iulij Cesaris lib. VIII.
de bello Gallico.

* * *

LIBER I.



- Q**UOD *undique loci natura tuti Heluetij continentur.*] Vox *Tuti*, abest ab antiquissimis libris Vaticano, & meo. rectè igitur illam reiecit Manutius: quæ putidi alicuius Grammatici (vt opinor) glossa, ab imperito librario recepta, Cæsaris locum contaminauit. Pro *Continentur* autem, legebat Octauius Pantagathus, *Contineantur*.
- 2 *Lacu Lemano.*] *Lemanno*, duplici *nn*, scriptum est in Vaticano exemplari & meo: eamq; scripturam confirmat Plinij vetustus codex Vaticanus.
- 3 *Propterea quòd aliud iter haberent nullum.*] ita legitur in Vaticano codice, & meo: videturque venustior lectio.
- 4 *Ad Id. Ap.*] Gabriel Faëraus antiquis libris auctoribus legebat, A. D. Id. Apr. hoc est, ante diem Iduum Aprilium. Est autem genus loquendi, quo Cæsar ipse alibi quoque vtitur.
- 5 *Hedui.*] *Aedui*, veterum librorum auctoritate scribendum est. apud Strabonem quoque & Ptolemæum, *αἰδύων ἐβυ* Ⓞ, scribitur.
- 6 *Et internitione exercitus nomen caperet, aut me-*
MOTIATIB